

BOLETIN OFICIAL

DEL

OBISPADO DE OSMA

SE PUBLICA EN DIAS INDETERMINADOS, EN MEDIO, UNO O MAS PLIEGOS

DECRETUM URBIS ET ORBIS

Diuturnis Ecclesiae acerbitatibus, ac temporum quotidie invalescente difficultate commotus, Sanctissimus Dominus Noster LEO PAPA XIII cunctos a sui Pontificatus exordiis ubique christianos excitare non destitit ad Deiparam Virginem Mariam sacri Rosarii ritu colendam atque implorandam. Inter cetera quæ præclare edocuit in sua prima de Rosario Encyclica (1 Septembr. 1883) ait: *Divini necessitas auxilii haud sane est hodie minor, quam cum magnus Dominicus, ad publica sananda vulnera, Marialis Rosarii usum invenit. Ille vero cœlesti pervidit lumine, ætatis suæ malis remedium nullum præsentius futurum, quam si homines ad Christum, qui VIA, VERITAS ET VITA EST, salutis per Eum nobis partæ crebra commentatione rediissent; et Virginem illam, cui datum est cunctas hæreses interimere, deprecatricem apud Deum adhibuissent. Idcirco sacri Rosarii formulam ita composuit, ut et salutis nostræ mysteria ordine recolerentur, et huic meditandi officio mysticum innecteretur sertum ex angelica salutatione contextum, interiecta oratione ad Deum et Patrem Domini Nostri Jesu Christi. Nos igitur non absimili malo idem quærentes remedium, non dubitamus quin eadem hæc a beatissimo viro, tanto cum orbis catholici emolumento, inducta precatio, momenti plurimum habitura sit ad levandas nostrorum quoque temporum calamitates. Pontificiæ voluntati permagna animorum alacritate et concordia ubique locorum obtemperatum est, ut luculenter apparuerit quantus religionis et pietatis ardor extet in populo christiano, et quantam in eœlesti Mariæ Virginis patrocinio spem universi reponant (Encyclica 30 Augusti 1884). Huiusmodi porro spei veluti præclarus fructus, iure nunc accenseri debet memorabili factum quod hoc anno, sacerdotii eiusdem*

Sanctissimi Domini Nostri quinquagesimo, Deus ostendit: mirandum profecto publicæ religionis et fidei exemplum, pulcherrimum honestissimumque pietatis certamen in toto christiano orbe inter omnigenas lætitiæ significationes exhibitum. Omnes hominum ordines, vel ex dissitis terrarum partibus, gestierunt prosequi Pontificem Summum, beati Petri successorem, omni genere officii: legationibus, litteris, peregrinationibus etiam longinquis ultro susceptis, oblatisque ingenti numero et effusa magnificentia muneribus, de quibus verissime dictum est, materiam et opis propensione superari voluntatis. *Qua scilicet in re admirabiliter fulget Dei benignitas et virtus, qui in magnis Ecclesiae laboribus vires eius confirmat ac fulcit: qui pro nomine suo certantibus solatia tribuit: qui providentiæ suæ consilio ex malis ipsis uberem bonorum messem educit: fulget item Ecclesiae gloria, quæ originis vitæ suæ vim divinam ostendit, ac divinum quo regitur vivitque spiritum: quo fit, ut fidelium mentes et voluntates uno eodemque vinculo invicem, itemque cum supremo Ecclesiae Pastore iungantur* (Allocut. Consistor. 25 Novembr. 1887).

Iamvero id perpendentes Catholicorum gentes, dum inferorum portæ quotidie audaciores fiunt in bello adversus Ecclesiam urgendo, probe sentiant quantopere oporteat in potentissimam Dei Matrem augere fervorem, augere fiduciam, ut per Rosarii preces exorata, nomini Christiano et Apostolicæ Cathedræ propitia succurrat: memores velle Deum donorum suorum continuationem atque implementum *non solum bonitatis suæ, sed etiam perseverantiæ nostræ esse fructum* (Breve Apost. 24 Decembr. 1883).

Quapropter ad gratias agendas pro acceptis beneficiis, et pro concedendis enixius deprecandum, Beatissimus Pater quæ superioribus annis per Suas Encyclicas, et per Sacrorum Rituum Congregationis Decreta (20 Augusti 1885—26 Augusti 1886—11 Septembris 1887) de salutaris sacri Rosarii ritu, præsertim toto mense Octobri celebrando, statuit et hortatus est; eadem omnia hoc vertente anno fieri mandat ac vehementer hortatur. Et quoniam plura de ampliori culto liturgico magnæ Virgini sub titulo Rosarii exhibendo iam decrevit; novum addere adhuc volens incrementum, sacrum festum eiusdem Rosarii solemnitatis, Dominicæ primæ Octobris adsignatum, OFFICIO PROPRIO CUM MISSA decoravit, illudque ab utroque Clero in posterum recitari præcepit, iuxta schema quod, á se recognitum et probatum, per eandem Sacrorum Rituum Congregationem hac ipsa die edi mandavit.

Nonis Augusti, in festo Beatæ Mariæ Virginis ad Nives anno 1888.—A. CARDINALIS BIANCHI, S. R. C. Praefectus.—(L. ✠ S.)—LAURENTIUS SALVATI, S. R. C. Secretarius.

Los nuevos Oficio y Misa propios de la festividad de Nuestra Señora del Rosario, son en lo sucesivo obligatorios, como se ve por el precedente Decreto, el cual no vino á tiempo para poderle publicar,

á fin de que los eclesiásticos se proveyesen de ellos para usarlos ya en este año. Dichos Oficio y Misa pueden pedirse al Sr. Maestro de Ceremonias de esta Santa Iglesia Catedral, D. Regino Ortega, pues este señor ha encargado al *Nuevo Rezado* cierto número de ejemplares de los mismos. Cada Oficio cuesta 20 céntimos de peseta, y 15 cada Misa.

El mes del Rosario se ha celebrado, por supuesto, en la Catedral y demás iglesias, como en los años anteriores, pues es sabido que se ha de continuar indefinidamente del mismo modo, mientras duren las circunstancias que indicaba Su Santidad en los Decretos, publicados en dichos años.

A continuacion se insertan las facultades extraordinarias que Nos han sido concedidas por la Sagrada Penitenciaria. Así, pues, los confesores del Obispado pueden acudir á Nos en los casos en ellas comprendidos, y que les ocurran en el confesonario; en la inteligencia de que, prescindiendo de usar de las mismas solo cuando lo tengamos por conveniente, las peticiones que para ello se Nos dirijan deberán ser hechas con la claridad y expresion necesarias.

Burgo de Osma 6 de Noviembre de 1888.

Pedro Maria, Obispo de Osma.

RAPHAEL

DIVINA MISERATIONE

EPISCOPUS ALBANENSIS

S. R. E. CARDINALIS MONACO LA VALLETTA

SACROSANCTAE PATRIARCHALIS ARCHIBASILICAE LATERANENSIS ARCHIPRESBYTER

SS. DD. NOSTRI PAPÆ ET S. SEDIS APOSTOLICÆ

MAIOR PŒNITENTIARIUS

Vobis Venerabili in Cristo Patri Petro Maria Lagüera et Menezo Episcopo Oxomensis, infrascriptas communicamus facultates ad quinquennium duraturas, quibus, non obstante Constitutione *Apostolicæ Sedis*, pro foro conscientie per vos sive per vestrum vicarium in spiritualibus generalem, dummodo in sacro presbyteratus ordine sit constitutus, etiam extra sacramentalem confessionem pro grege vobis commisso et intra fines vestræ diocesis tantum atque de spe-

ciali in unoquoque casu exprimenda Sedis Apostolicæ auctoritate vobis delegata, uti valeatis; quasque canonico pœnitentiario, necnon vicariis foraneis pro foro pariter conscientiæ ac in actu sacramentalis confessionis dumtaxat, etiam habitualiter, si vobis placuerit, aliis vero confessariis, cum ad vos sive ad predictum vicarium generalem in casibus particularibus pœnitentium recursum habuerint, pro exposito casu impertiri possitis, nisi ob peculiare causas aliquibus confessariis a vobis specialiter subdelegandis, per tempus arbitris vestro statuendum, illas communicare iudicabitis.

I. Absolvendi ab excommunicatione romano pontifici simpliciter reservata ob manus violentas iniectas sive in clericos sive in regulares, dummodo non fuerit sequuta mors vel mutilatio, seu lethale vulnus aut ossium fractio; et dummodo casus ad forum ordinarii deducti non fuerint; iniunctis iniungendis et præsertim ut parti læsæ competenter satisfiat.

II. Absolvendi a censuris contra duellantes statutis in casibus dumtaxat ad forum ordinarii non deductis: iniuncta gravi pœnitentia salutari, et aliis iniunctis, quæ fuerint de jure iniungenda.

III. Absolvendi quoscumque pœnitentes (exceptis hæreticis publicis, sive publice dogmatizantibus) à quibusvis sententiis, censuris et pœnis ecclesiasticis incursis ob hæreses tam nemine audiente vel advertente, quam coram aliis externatas; ob infidelitatem et catholicæ Fidei abiurationem private admissas, sortilegia ac maleficia hæreticalia etiam cum sociis patrata, necnon ob dæmonis invocationem cum pacto donandi animam, eique præstitam idololatriam, ac superstitiones hæreticales exercitas, ac demum ob quæcumque insinuata falsa dogmata, incursis, postquam tamen pœnitens complices, si quos habeat, prout de iure denunciaverit; et quatenus ob iustas causas nequeat ante absolutionem denunciare, facta a pœnitente seria promissione denunciationem peragendi cum primum, et meliori modo, quo fieri poterit, et postquam in singulis casibus coram Absolvente hæreses secrete abiuraverit, et pactum cum maledicto dæmone initum expresse revocaverit; tradita eidem Absolventi syngrapha forsitan exarata, allisque mediis superstitiosis, ad omnia comburenda seu destruenda: iniuncta pro modo excessuum gravi pœnitentia salutari cum frequentia sacramentorum, et obligatione se retractandi apud personas, coram quibus hæreses manifestavit, et reparandi illata scandala.

IV. Absolvendi a censuris incursis ob violationem clausuræ regularium utriusque sexus, dummodo non fuerit commissa, cum intentione ad malum finem, etiam effectu non sequuto, nec casus fuerint ad forum ordinarii deducti, cum congrua pœnitentia salutari. Et insuper absolvendi mulieres tantum a censuris et pœnis ecclesiasticis, ob violationem ad malum finem clausuræ virorum religiosorum incursis, dummodo tamen casus occulti remaneant; iniuncta gravi pœnitentia salutari, cum prohibitione accedendi ad ecclesiam aut con-

ventum seu cœnobium dictorum religiosorum, durante occasione peccandi.

V. Absolvendi a censuris ob retentionem et lectionem librorum prohibitorum incurris iniuncta congrua pœnitentia salutari, nec non firma obligatione tradendi prout de jure, sive per se, sive per alium absque ulla mora et quantum fieri poterit ante absolutionem, libros prohibitos, quos pœnitens in sua potestate retineat.

VI. Absolvendi a casu Sedi Apostolicæ reservato ob accepta munerar a regularibus utriusque sexus, iniuncta pœnitentia salutari, et quando agitur de muneribus quæ valorem decem scutatorum non excedunt, imposita aliqua eleemosyna Absolventis iudicio taxanda, et caute eroganda, cum primum poterit, in beneficium religionis, aut conventus cui facienda esset restitutio; dummodo tamen non constet, quod illa fuerint de bonis propriis religionis; quatenus vero accepta munera vel fuerint ultra valorem scutatorum decem vel constet fuisse de bonis propriis religionis, facta prius restitutione, quam si de præsentis pœnitens adimplere nequeat, emissa seria promissione restituendi infra terminum absolventis arbitrio præfiniendum; alias sub reincidentia.

VII. Absolvendi a censuris et pœnis ecclesiasticis eos, qui sectis vetitis massonicis, aut carbonariis, aut aliis eiusdem generis sectis nomen dederunt aut qualemcumque favorem prestiterunt, ita tamen ut a respectiva secta omnino se separent, eamque abiurent, libros, manuscripta ac signa sectam respicientia, si quæ retineant, in manus Absolventis tradant ad Ordinarium quamprimum caute transmittenda, aut saltem, si iustæ gravesque causæ id postulent, comburenda, iniuncta pro modo culparum gravi pœnitentia salutari, cum frequentia sacramentalis confessionis, aliisque iniunctis de iure iniungendis: nec non absolvendi eos, qui eiusmodi sectarum duces et coriphæos occultos denunciare culpabiliter neglexerint, iniuncta pariter salutari pœnitentia, et firma obligatione sub reincidentia eosdem Vobis vel aliis, ad quos spectat, prout de jure denunciandi.

VIII. Absolvendi religiosos cuiuscumque ordinis (etiam moniales, per confessarios tamen pro ipsis a Vobis approbatos vel specialiter deputandos) non solum a præmissis, sed etiam a casibus et censuris in sua religione reservatis, dummodo religiosi apud confessarium subdelegatum legitimam habuerint licentiam paragendi confessionem sacramentalem.

IX. Dispensandi ad petendum debitum coniugale cum transgressore voti castitatis privatim emissi qui matrimonium cum dicto voto contraxerit, huiusmodi pœnitentem monendo ipsum ad idem votum servandum teneri tam extra licitum matrimonii usum quam si marito vel uxori respective supervixerit.

X. Dispensandi cum incestuoso vel incestuosa ad petendum debitum coniugale, cuius ius amisit ex superveniente occulta affinitate per copulam carnalem habitam cum consanguinea vel consanguineo,

sive in primo, sive in primo et secundo, sive in secundo gradu suæ uxoris seu respective mariti, remota occasione peccandi: et iniuncta gravi pœnitentia salutari et confessione sacramentali quolibet mense per tempus arbitrio Dispensantis statuendum.

XI. Dispensandi super occulto impedimento primi, necnon primi et secundi, ac secundi tantum gradus affinitatis ex illicita carnali copula proveniente, quando agatur de matrimonio cum dicto impedimento jam contracto, et, quatenus agatur de copula cum suæ putatæ uxoris matre, dummodo illa secuta fuerit post eiusdem putatæ uxoris nativitatem, et non aliter: monito pœnitente de necessaria secreta renovatione consensus cum sua putata uxore, aut suo putato marito, certiorato seu certiorata de nullitate prioris consensus, sed ita caute ut ipsius pœnitentis delictum nusquam detegatur: et quatenus hæc certioratio absque gravi periculo fieri nequeat, renovato consensu juxta regulas a probatis auctoribus traditas; remota occasione peccandi, ac iniuncta gravi pœnitentia salutari, et confessione sacramentali semel in mense per tempus Dispensantis arbitrio statuendum.

Item: Dispensandi super dicto occulto impedimento, seu impedimentis affinitatis ex copula illicita etiam in matrimoniis contrahendis, quando tamen omnia parata sint ad nuptias nec matrimonium usque dum ab Apostolica Sede obtineri possit dispensatio absque periculo gravis scandali differri queat: remota semper occasione peccandi, et firma manente conditione quod copula habita cum matre mulieris, huius nativitatem non antecedit; iniuncta in quolibet casu pœnitentia salutari.

XII. Dispensandi super occulto criminis impedimento, dummodo sit absque ulla machinatione, et agatur de matrimonio jam contracto: monitis putatis coniugibus de necessaria consensus secreta renovatione ac iniuncta gravi pœnitentia salutari et confessione sacramentali semel quolibet mense per tempus Dispensantis arbitrio statuendum.

Datum Romæ ex Aedibus Nostris die 4 Julii 1888.

MENSAJE DEL EPISCOPADO ESPAÑOL

A SU SANTIDAD LEON XIII.

Beatísimo Padre: El Episcopado español, siempre fiel á sus tradiciones de veneracion al Vicario de Jesucristo en la tierra, envía hoy postrado á los piés de Vuestra Santidad el homenaje de su gratitud y los parabienes de su admiracion por las enseñanzas que contiene la *miranda* Encíclica *Libertas*.

Ninguna de las ordenanzas producidas por Vuestra Beatitud es segunda á la otra en mérito, en fondo de doctrina y en belleza de

estructura; y sin embargo, compitiendo en la que ahora celebramos los estilos, los talentos y la sabiduría dirigida por la prudencia, con la oportunidad y la elevación de miras dan el feliz resultado de que al contemplar los publicistas, los hombres de Estado, los literatos y las potestades cómo se encierra en la Encíclica *Libertas* el secreto de sorprender las astucias humanas y los secretos de gobernar las cosas públicas, á tan brillante documento han dedicado aplausos de sinceridad con felicitaciones entusiastas. Consiste la universal simpatía en que, reuniendo Vuestra Santidad y haciendo confluír en el solo punto de las solicitudes y de los desvelos paternales la habilidad del artista, la perspicacia del diplomático y la profundidad del filósofo, y las gentes viendo ennoblecida la exactitud del teólogo con la circunspección de una ancianidad venerable y con la profesión del saber humano, subordinado á la ciencia fundamental de la Cruz, exclaman piadosamente arrobadas: *Hé aquí el enviado de Dios para salvar el mundo*. Por que no son los discursos ni el artificio agentes efectivos del bien y de la claridad en la exposición de doctrinas: son las rectificaciones atinadas y reflexivas. Y Vuestra Santidad, que vé claro en las confusiones del mundo, en ellas y sobre ellas ha puesto la discreción del árbitro y la sabiduría del doctor que aclara y califica.

Pero ¡ah! Viene á contristar el ánimo del Episcopado español la idea del desconocimiento y de la ingratitude, con que es mortificado el Augusto Jefe de la Cristiandad, que no puede serlo, despojado del poder temporal, medio necesario para el libre ejercicio de su ministerio cerca de las potestades y entre las gentes. Así lo quisieron los siglos cristianos regulados por la Divina Providencia; viniendo con su apoyo los poderes imperial y real señalando el territorio donde el Papa fuera, como debe ser, Rey, Soberano independiente y Regulador de la vida propia del Pontificado, como el corazón del imperio moral que rige las conciencias en la extensión del Universo.

Bajo estas impresiones de veneración y de respeto, se ve amorosamente obligado el mundo católico á pedir que su jefe espiritual recobre la libertad, él, que es libertador de los pueblos, que es el Maestro infalible de la verdad, quede de asiento en la Cátedra de San Pedro, y que hablando en ella, desde allí se derrame, sin trabas ni previos beneplácitos, la palabra salud sobre la tierra. Pues los príncipes, los Gobiernos y los pueblos no son poderosos á impedir la acción benéfica del Pontificado, ni pudieran comprimir el grito de la verdad y del sentimiento de amor que claman sin cesar: ¡Justicia para el Papa! ¡Veneración al Papa! De ello testifican las demostraciones de reverencia que Leon XIII recibe de toda clase de Gobiernos; y Roma, la de los Césares, nada tendría en pie de sus glorias pasadas, si los Papas, á costa de dispendios y sacrificios, no hubieran conservado el Coliseo y el Panteon, las termas y las pirámides.

Roma la cristiana, enriquecida por los Papas, no llamaría al peregrino, al viajero y al artista, si la usurpación, por exceso de audacia,

convirtiera el Vaticano y San Juan de Letran en dependencias de un Gobierno extraño ó en palacios Quirinales. El honor, pues, y el derecho de las naciones cristianas, están interesados en reivindicar para sí la gloria de mantener, con el patrimonio de San Pedro, que es el patrimonio de la piedad universal, el poder temporal del Papa, forma canónico-legal de su dominio legítimo sobre sus Estados. Para impulsar el movimiento de honor y hacer que prevalezca la justicia, falta una fórmula que la darán los sucesos.

Obligacion es de las naciones cristianas trabajar activa y vigorosamente porque se restablezca el poder temporal del Papa; y como es obligacion, tambien es derecho de gentes procurar que cese la opresion en que vive angustiado el Romano Pontífice, digno por sagrados títulos de que, así la justicia, como la piedad y la educacion, rindan el homenaje debido á la cabeza de la Iglesia.

Nuestros corazones, Beatísimo Padre, comparten con el magnánimo de Vuestra Santidad la pesadumbre de los desafueros y de las amarguras que os contristan, y de las injurias que perturban el ánimo, aun de los sábios; y ofreciendo al Dios Omnipotente el sacrificio de los recíprocos sufrimientos, el Episcopado español pide á Vuestra Beatitud la bendicion apostólica.

De Toledo, fiesta de Nuestra Señora de las Mercedes, dia 24 de Setiembre de 1888.—(Siguen las firmas.)

OBISPADO DE OSMA.

Habiéndose arruinado recientemente una parte de la Catedral de Sevilla, aquel Emmo. Sr. Cardenal Arzobispo se ha dirigido á Nos con el deseo de que en esta Diócesis se recauden algunos fondos para emplearlos en reparar el expresado templo. Mas estando suspensas, por falta de recursos, las obras de reparacion de Nuestra misma Iglesia Catedral, inutilizada en parte por esto mismo, en las cuales hemos gastado cuanto hemos podido, sin auxilio alguno del Gobierno, ni de nadie, y viéndonos además agobiados con súplicas continuas para socorrer necesidades de dentro y de fuera del Obispado, no es posible, por lo que á Nos hace, acceder á los piadosos deseos de dicho Frelado. Sin embargo, los participamos á Nuestros amados diocesanos por si tienen á bien contribuir con algunas cantidades para el susodicho fin, pues aunque es pobre en general Nuestra Diócesis, siempre han sido atendidas en ella las infinitas peticiones que frecuentemente se han hecho de mil puntos para remediar los efectos de imprevistas calamidades; y así quizás no sea de temer que ahora se desentienda de acudir algun tanto al remedio de la de que se trata. Lo que se recoja será enviado, segun en tales casos se hace, á Nuestra Secretaria de Cámara y Gobierno para darle su destino inmediatamente.

Tambien Nos ha escrito el Ilmo. y Rvmo. Sr. Obispo de Almería,

noticiándonos acongojado, los desastres causados en aquellas comarcas por la inundaciones, las cuales han invadido templos, arruinado casas, destruido artefactos y arrastrado las cosechas, y suplicándonos que procuremos recoger algun donativo en Nuestra Diócesis para contribuir al remedio de aquellas desgracias. En su virtud pues, exhortamos á Nuestros amados diocesanos á que alivien con lo que les dicte su caridad á los desventurados que padecen tamaños infortunios, de los cuales, por la misericordia de Dios, nos vemos libres nosotros; y sobre todo exhortamos á las personas pudientes á que se acuerden de aquellos infelices, que han quedado en la miseria por tan lamentable contratiempo; y así prevendrán tal vez con esos actos de caridad cristiana, iguales ó semejantes desventuras propias. Nós no podemos ser espléndido, como quisiéramos, porque, sobre carecer de medios para ello, tenemos que atender en primer término con los poquísimos, de que podemos disponer, á las apremiantes necesidades de pobres de Nuestra Diócesis; pero esto no obstante, daremos el ejemplo, como siempre hemos acostumbrado en tales ocasiones, contribuyendo con alguna, aunque pequeña, suma.

Los señores Párrocos y demás encargados de parroquias leerán esta circular en el primer dia festivo que ocurra despues de recibida, y cuanto antes puedan, enviarán á Nuestra Secretaría las limosnas que recojan, las cuales serán remitidas sin pérdida de tiempo al Ilmo. y Rmo. Sr. Obispo de Almeria.

Burgo de Osma 6 de Noviembre de 1888.

Pedro Maria, Obispo de Osma.

El Excmo. é Ilmo. Sr. Nuncio Apostólico, recordándonos su circular del 30 de Abril de 1883, la cual recomendaba que los eclesiásticos se abstuviesen de toda manifestacion politica, Nos encarga hagamos saber al Clero que dicha circular está en todo su vigor.

Lo que se inserta en este BOLETIN para su cumplimiento.

Burgo de Osma 7 de Noviembre de 1888.

Pedro Maria, Obispo de Osma,

SECRETARÍA DE CÁMARA Y GOBIERNO.

El Sr. Administrador de Correos de esta villa hace saber por mi conducto, y para evitar inconvenientes, á todos los eclesiásticos, que por la ley solamente tienen franquicia en la correspondencia oficial los Sres. Arciprestes, como Vicarios foráneos que son del Ilmo. y Rvmo. Prelado Diocesano. Los demás eclesiásticos, aun los Párrocos,

deberán franquear su correspondencia, pues en otro caso no se le dará curso.

Burgo de Osma 7 de Noviembre de 1888.

Dr. José Ridalgo, Scio.

Segun Decreto de la S. Congregacion de Ritos, no debe decirse *Gloria* al final de las tres Ave Maria con que se empiezan las consabidas preces, mandadas rezar por Su Santidad en las Misas privadas, despues del último Evangelio.

La misma S. C. ha declarado tambien que si, concluida la Misa se da la comunión, se dé despues de rezar las indicadas preces.

DONATIVOS PARA SOCORRER LAS NECESIDADES DEL ROMANO PONTIFICE,

Ó SEA

DINERO DE SAN PEDRO.

	<u>Reales.</u>	<u>Cs.</u>
<i>Suma anterior.</i>	63.534	90

El Ilmo. y Rvmo. Sr. Obispo 500.—D. Peláyo Ruiz por Octubre y Noviembre 20.—El Sr. Cura y feligreses de Pozalmuro 40.—De dos decurias de la parroquia de Noviercas 48.—El párroco de id. y varios feligreses 10.—Deogracias Castilla 48.—D. Enrique Hernando por cuatro meses 32.—D. Félix Marzol 100.—D. Remigio Sanz por Julio, Agosto y Setiembre 60.—D. Miguel Arroyo por id. 24.—D. Higinio Arroyo por id. 15.—D. Castor Martin por id. 12.—D.^a María Aguado 2.—D. Francisco San Martin 6.—Sobrante del Jubileo Pontificio 24.—El Colegio de la Concepcion de Aranda de Duero 18.—Manuel Martinez 12.—D. Tirso Gutierrez por Julio Agosto y Setiembre 90.

<i>Suma y sigue.</i>	64.595	90
--------------------------------	--------	----

Limosnas para los Santos Lugares de Jerusalem.

SEGUNDA REMESA.

	<u>Reales.</u>	<u>Cs.</u>
<i>Suma anterior.</i>	569	64
Adrada.	23	»
Rejas de San Estéban.	4	»
Matanza y Villálvaro.	28	»
Villalba de Duero.	90	»
Brazacorta y Alcoba.	20	»

Suellacabras.	20	»
Bliccos.	8	»
	<hr/>	
TOTAL.	762	64

La expresada cantidad de 762 reales y 64 céntimos ha sido enviada al R. P. Comisario en Madrid, según lo mandado por Su Santidad, para que á su vez la remita á Jerusalem.

MISIONES.

Suspendidas las misiones por causa de la recolección de frutos, han sido continuadas en Setiembre último, según se anunció en el número 5.º del BOLETÍN. Así pues las han dado seis RR. PP. Jesuitas y Dominicos, estándose actualmente concluyendo la última. Grande ha sido, como era de suponer, el fruto que los pueblos, que han asistido á ellas, han obtenido de tan santas obras; pero es necesario para que sean duraderos sus efectos, que los señores Párrocos y Ecónomos procuren que no se disipe el fervor, trabajando por consiguiente en que sus feligreses sigan por el camino de la salvación, para lo cual deben exhortarlos á la frecuencia de los Santos Sacramentos de Penitencia y Eucaristia; dándoles buen ejemplo con su irrepreensible conducta, y explicándoles la doctrina cristiana y predicándoles en los días que tienen estricta obligación de hacer uno y otro. De este modo, por otra parte, después de cumplir con sus deberes parroquiales en estos puntos, lograrán hasta su propia utilidad temporal, pues tal resulta de tener feligreses, que sean buenos cristianos.

Los pueblos donde se han dado las misiones, á las cuales han asistido multitud de personas de los inmediatos, son Palacios de la Sierra, Canicosa, Duruelo, Almenar, Gómara, Reznos, Noviercas, Almajano y Castilfrío.

¿Pueden contraer parentesco espiritual los padrinos en el bautismo privado?

General es la costumbre de que no haya padrinos en el bautismo privado, pero puede haberlos, y por lo tanto se ofrece la duda de si en él pueden contraer parentesco espiritual, como le contrae el bautizante. La opinión negativa es la más común y más probable, según afirma S. Alfonso Ligorio, y sin embargo, se ha dicho recientemente en algunos Boletines eclesiásticos, que ya no puede sostenerse esta opinión, en virtud de una declaración de la S. Congregación del Concilio del 5 de Marzo de 1678, publicada en 1866 por la Revista, intitulada: *Analecta Juris Pontificii*, y después por Muhlbaner.

Esto no obstante, el acreditado autor Lehmkuhl en su *Teología moral*, P. II. L. I. Tr. VIII. edición 4.ª de 1887, sigue defendiendo la opinión de S. Alfonso. La declaración que se cita, aun en el caso de

ser auténtica, parece que no está promulgada: constará en el que se llama *Liber Decretorum*, colección manuscrita, que contiene las resoluciones de la S. Congregación, dadas desde que fué instituida hasta el año de 1718; en el cual se empezó á publicar el *Thesaurus Resolutionum Sacrae Congregationis Concilii*, insertándose las resoluciones dadas desde dicho año. Cerca de doscientos han pasado sin ser conocida en la Iglesia la declaración de 1678. á la cual se le quiere dar fuerza de ley vigente, en los indicados Boletines; y siendo esta declaración meramente de Disciplina, no se comprende cómo pueda tener fuerza despues de dos siglos, durante los cuales ha sido desconocida. Por eso pregunta Lehmkuhl: *Num putare possumus voluisse et velle S. Congregationem aliquo suo decreto omnes adstringere, quo impedimentum dirimens matrimonii, propter opinionum diversitatem eousque practice nullum, vigere incipiat, et consequenter multorum matrimoniorum nullitas inducatur, quin curam habeat illius decreti promulgandi? Potestne sumi promulgationem revera obtinuisse, quum tempore S. Alphonsi illa declaratio ejusve vis obligatoria videatur fuisse ignota? Imo, etsi universalem obligationem inductam esse aliquis contenderit, potestne dici, ad nostra usque tempora Ecclesiam legis illius vim voluisse esse intactam, quum ipsa Ecclesia aperte permiserit ut sententias S. Alphonsi, quibus subsequens aliquod decretum non contradixerit, confessarii sequi possint, quin rationes examinent, S. Alphonsus autem impedimentum istud cognitionis patrini ex baptismo privato practice rejiciat?* Estas preguntas son muy razonables, y así, tambien lo es el seguir defendiendo la opinion negativa.

ANUNCIO.

APUNTES

sobre las imposiciones hechas en la Real Caja de Consolidacion por bienes vendidos de fundaciones, etc.

por

D. JUAN CALVO

Es un folleto de unas 50 páginas, muy útil á todos los que tienen derecho á recibir inscripciones por bienes vendidos por el gobierno, correspondientes á fundaciones.

Madrid, imprenta de Lezcano, Santísima Trinidad, 5.

NECROLOGIA

El 18 de Octubre último murió D. José Perez, párroco de Fuente-laldea. R. I. P.